

## Quinta etas mundi

Xenophon phus



Archita tarentinus



Plato phus



Anaximenes



Speusippus



**X**enophon phus et dux exercitus Atheniensium insignis Grylli atheniensis filius: homo verecundus et speciosus ultraq; dici possit. moratusq; probus et omnibus gratus. Fuit socratis discipulus et platonis emulus. Quia xenophon inclito illi operi platonis quod de optimo statu reipublice civitatisq; administrande scripserat. lectis ex eo duobus libris: qui primi ad lucem venerant se opposuit. et contra multa scripsit. Quo auditio valde permotu fuisse platonem ferunt. Hic primus ex his que a socrate dicebatur notis exceptit et in publicum edidit commentaria scribens. Et primus omnium phorū scripsit historiam. fuit etiā dux strenuus. et qui ex ultimis babilonie finibus exercitu reduxit asperis et difficilimis itineribus p; infestissimas gentes ac barbaras incolu[m]e in patriam conduxit. Vixit autem annis. 89.

**A**rchita tarentinus fuit Phoenagore (sive ut Aristorenus ait) Estei filius phizophorus pythagoricus his temporibus nobilissimus. et in omni virtutis generem maxime admirationi habitus. Hic platonem pbm cum a Dionisio necatus esset per epistolaz eripuit. Multaq; composuit ex quibus hanc precipuā sententiam habemus. Nulla pestis capitalior est q; voluptas corporis. cuius aude libidines temere et effrenate ad potendum incitantur. Hinc patre proditones. hinc rerum publicarum euersiones. Nullū deniq; scelus; nullum facinus est ad quod suscipiendū non libido voluptatis impellat.

**P**laton philosophus nominatissimus p; hoc tempus Eusebio referete omni um phorū clarissimus fuit. Aristone patre; et matre pericronia sive (vt alijs dicunt) petona. Athenis simili die natus quo apud delon appollorū vt retulit appolloodus. Hater a Solone certissimus duxit gen? Similiter aristó illi? pater ad Eodrū melanthi filiū refertur. Habuit fratres plato Admantem et Glauconem. Et sororem petonam de qua Speusippus phus ortū duxit. Litteras didicit apd dyonisii grammaticū: sed in palestra apud aristonē exercitatus. Primum namq; picture studuit: poemata edidit et tragedias. Et plato pro egregio corporis habitu cognominat? cum pri? Aristocles ex aui paterni nomine diceretur. Cicenis audiuit Socratem illo mortuo audiuit Erathylū et hermogenē. Annoz. 29. megarum ad euclidem se contulit. Hinc Cyrenē profect? theodorū audiuit: Postea in egyptū pfect? pphetas sacerdotesq; audiuit vbi comitē habuit euripidem tragicum. Regressus athenas in achademia morabatur. Terq; in siciliam nauigauit vbi cum mortis periculi euasisset venditus est. Interrogat? aliquādo in quo sapientiam quis adipisci posset. Respondit in non expectādo que euenire no possum: nec de pteritis recordari. Obiit deniq; plato in conuisio discubens anno etatis sue. 81.

**A**nthistenes athenensis phus. Hic in initio Gorgiam audiuit oratorem: deinde Socrati sese addixit. Et cum habitaret in pyreo: quotidie quadraginta stadiis emensus audiebat socratem. A quo tollerantiam addiscēs tranquilitatisq; illius imitator effectus. Cynicam prior sectaz inchoauit: princepsq; in ea fuit. Platonem insimulabat fastu turgidum. Et cum audisset aliquando platonē sibi maledicere. Regium est inquit male audire cū beneficeris. Libros multos et diversaruni renū scripsit. De eo Hieronimus contra louimanū scribit. q; cū rhetoramicam gloriose doceret auides socratem discipulis dixit. Abite et magistrū vobis querite: quia ego mihi reperti. cuius sententia pulchra fuit: in scientia est multa discere: et qd scitis est nescire.

**S**peusippus athenensis phus Eurimedontis filius. platonis ex sorore nespōs: octo annos scole platonice magister fuit. Irascebāt facile: et voluptati dederat manus. Epicuree enim secte manus dedit. Unde diogenes phus eum dure redarguit: deinde cum paralysi solueret: oravit xenocratē vt sibi in docendo succederet. Plutarchus scripsit illum pediculis effervescentib? interisse. fuit corpore gracili teste Thimotheo. Reliquit plura commentaria et dialogos. eius libros aristoteles tribus talentis emit teste fautorino. Ad hunc simonides scripsit historias. Prim? inuenit quo pacto ex graciliorib? lignis fieret vasa capacia.